

& cecidit dō per quem populus iam omnibus haec credenda
per suasa sunt quod utiq; ab ipsis fieri & sitantum ualere
aut si non fieri & crimen inuidētiaē uitare non possent.
ergo cecidit ei a quo factū est nec curiositate aut inani
iactantia impediuntur quominus agnoscant quid inter
sit inter paucorum timidās coniecturas & manifestam
salutem correctionemq; populorum. illi enim si re
uiscerent quorum isti nominibus gloriantur & inue
nient reseratas ecclesias. templa deserta acupiditate
bonorum temporalium atq; fluentium ad spem uitae
& aeternae & bona spiritalia & intelligibilia uocari &
currere humanum genus. dicerent fortasse sitales esse
quales fuisse memorantur. haec sunt quae nos persuade
re populus non ausi sumus. & eorum potius consuetudini
cessimus quam illos in nostram fidem uoluntatemq; tra
duximus. ita si hanc uitam illi uiri nobiscum rursus agere
potuissent uiderent profecto cuius auctoritate facilius
consuleretur hominibus & paucis mutatis uerbis atque
sententiis xpiani fierent. sicut pleriq; recentiorum nostro
rumq; temporum platonici fecerunt. aut si hoc non fa
terentur nec facerent. in superbia & inuidia manentes.